

etiam¹ ex minuta appellationis eorum ipsos non conqueri de decimis dumtaxat, sed de annatis et indulgentiis et pecuniarum multimoda, ut aiunt, exactione.

Ad hec accedit Francorum continua infestatio; Sigismundi Austrie continuus clamor et importunitas; postremo pavor alterius principis ob non prestitam nec prestandam ut video pollicitam obedientiam et exemplum Sigismundi, ne ipse quoque in talem laqueum inci dat et vastus animus atque appetitus magnorum rerum.

Hec sunt b[eatissime] p[ater], ut optime novit S^{tas} V^a, precipue cause huiusmodi turbationum. Spem tamen² in Deo habeo et Sedis Vestre iusticia ac summa sapientia S^{tis} V^e, quod omnia evanescent.

Que ad³ timorem decimarum spectabant, ego satis providi, quemadmodum binis literis S^{ti} V^e significavi. Quoad cetera optime facit B^{do} V^a mittere oratores suos, quos spero omnia bene composituros. Et quoniam prorogata est dieta usque ad⁴ festum S. Trinitatis in Francofordia celebranda, optimum esset, ut proxime V^e Bⁿⁱ scripsi, ut Q^{tas} V^a mandaret oratoribus suis, sicuti etiam ipse ad eos scribo, ut usque ad id tempus visitent principes ad partem et tractent cum eis privatim, hec enim melius extra dietam quam in dieta componuntur, et inveniant media oportuna que S^{tas} V^a melius scit, cum noverit infirmitatem⁵ eorum.

Illustr. dominus Albertus Brandenburgensis nuper me rogavit, ut supplicarem instantissime Stm V^{am}, ut dignaretur domino Maguntino totam annatam remittere, quo medio speraret omnia bene componi; aliter dicit se scandalum timere. Si antea id scivissem, significassem Bⁿⁱ V^e,⁶ ut, si ei videretur, in hoc gratificari posset, non quod ille mereatur, sed ad evitanda⁷ scandala. Postea cum tempore omnia possent aptari.

Partem meam, quam⁸ accepi, ego libenter redderem. Scribo oratoribus S^{tis} V^e, ut in casu, quod vel requirantur vel necessitatem videant, dent aures, cogitent super hoc, non desperent eum et consulant S^{tem} V^{am}. S^{tas} V^a quod agendum indicaverit faciet. Sed de his satis.

Intellexi, b[eatissime] p[ater], diversis ex locis multa de creatione novorum cardinalium agitari, multos principes pro suis supplicare, inter ceteros illustr. dominum ducem Mediolani pro honore patrie⁹

¹ Aggiunto da mano antica.

² BACHMANN: meam.

³ BACHMANN: quoad.

⁴ BACHMANN: at.

⁵ O «infirmitates»: sono possibili ambo le lezioni.

⁶ BACHMANN: S^{ti} V^e.

⁷ BACHMANN: vitanda.

⁸ BACHMANN: quem.

⁹ BACHMANN: proprie.